

Thomas Martini, a priest from the diocese of Turku, once had supper with a layman, Johan, in the presbytery of Lohja (Lojo)²⁴³. Johan had drunk too much beer, and so Thomas told Johan's son to take him to bed in a heated room, to avoid the fierce cold. But Johan's son took him to a room which was not heated, and the next day Johan was found half dead with his limbs frozen. He was taken to another, warm house, but some time later he died. The regent Johannes, bishop of Isernia, refers the case to the bishop of Milopotamus,²⁴⁴ a minor penitentiary, residing in the Roman curia, and commissions him to declare Thomas, who is present in Rome, innocent of homicide, not irregular or disqualified but permitted to minister, if the facts above are found to be true.

55:156r

Thomas Martini presbyter Aboensis diocesis exponit, quod, cum alias ipse et quondam Iohannes laicus dicte diocesis in domo habitationis curati parrochie de Loda eiusdem diocesis insimul refectionem sumerent corporalem, contingit dictum Ioannem plurimum cervicia inebriari. Quod prefatus exponens videns filio eiusdem Iohannis, ut eum ad dormiendum in camera ipsius exponentis calefacta <duceret>, ne forte frigus, quod tunc potissime vigebat, ei noceret, iussit. Qui quidem filius dictis eiusdem exponentis minime obtemperans eundem Iohannem ad quandam aliam domum non calefactam <duxit>, ubi propter frigus intensissimum mane diei sequentis menbris quodam modo congelatis semimortuus repertus et deinde ad quandam aliam domum calefactam deportatus post modicum temporis spatium, sicut Domino placuit, viam universe carnis ingressus est. Cum autem, pater sancte, prefatus exponens in mortem dicti Iohannis alias, quam ut premittitur, culpabilis non fuerit sed de ea *ab intimis doluerit, prout dolet de presenti*, et cupiat etc. etiam in altaris ministerio ministrare, ab aliquibus tamen etc. asseritur exponentem ipsum propterea homicidii reatum incurrisse irregularitatisque et inhabilitatis maculam sive notam contraxisse. Ad ora *igitur talium et aliorum sibi super hoc forsitan in futurum obloqui*

405 Anno septimo Iulii pape ii *in marg. sup.*; vi Idus Aprilis *in marg. sin.*; Aboensis (*scil. diocesis*) *in marg. dext. fol. 156r*; Rome apud Sanctum Petrum *in marg. sup. fol. 156v*; *nomen procuratoris* Gerbillon; turonenses iiii, quattrini iii *ante annot.* | 405,3 Loda] *verisim. pro* Loya (Loija / Loia) | 9 non + aliqua *lit. (fort. a) ante corr.* | 10 menbris] *i. e. membris* | 11 calefactam] *qualefactam cod.* | 12 temporis] *tempis cod.* | 15 ab...presenti *addidi secundum n. 316,15, etc. cod.* | 16 etc¹] *scil. in suis ordinibus vel sim.; cfr n. 316,16. | etc²] scil. simplicibus et iurignaris ac ipsius exponentis forsitan emulis vel sim.; cfr e. g. n. 316,17. | 19 igitur...obstruenda addidi secundum n. 358,16, etc. cod.*

243. Lohja (Lojo) is most probably the parish; *cf. app. crit.*

244. Franciscus Berthelay; *cf. note 211.*

20 *volentium emulorum obstruenda* supplicatur etc., quatenus ipsum
 propter premissa nullum homicidii reatum incurrisset nullamque
 irregularitatis sive inhabilitatis maculam sive notam contraxisset sed
 eisdem premissis non obstantibus in suis ordinibus – etiam in altaris /
 ministerio – ministrare et quecumque beneficia ecclesiastica com-
 25 patibilia sibi in futurum canonice conferenda recipere et retinere libere
 et licite posse declarari mandare misericorditer dignemini in forma. Fiat
 in forma ut infra. Iohannes episcopus Iserniensis regens. Et committatur
 episcopo Millopotamensi eiusdem sanctitatis vestre penitentiario ad
 presens in Romana curia residenti attento, quod orator ipse in eadem
 30 presens existit. Fiat. Iohannes. Committatur eidem, ut, <si> sibi con-
 stiterit de assertis et quod alias culpabilis non fuerit, declaret, ut petitur.

405,20 etc] *scil.* (humiliter eidem sanctitati vestre) pro parte ipsius exponentis *vel sim.*; *cfr*
e. g. n. 119,19; 278,13; 341,8. | 28 Millopotamensi] *i. e.* Milopotamensi